





*Divina favente gratia*

DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM

DE

JURE DOTIUM,

SUB PATROCINIO

*Amplissimi, Consultissimi, Clarissimiq; Viri,*

DN. HELFRICI-ULRICI  
HUNNII JCTI,

PROCANCELLARII, CONSILIARII,  
ET JURII, IN ILLUSTRIS CATTORUM Aca-  
demia, Professoris celeberrimi, Fautoris &  
Præceptoris sui plurimum hono-  
randi.

*Publica disquisitioni subjicit, in Collegio Jætorum  
ad Lanum 6. die Decembr.*

JOHANNES VULTEJUS MARPURG.



MARPURGI,

Typis exscribat CASPAR CHEMLINUS.

clō 1ō cXXIIX.

35 18

1628, 1.

ib.

ib.

18.



AMPLISSIMO VIRO

HERMANNO VULTEJO

Jcto, ACADEMIÆ MARPURGENSIS

PROCANCELLARIO ET PROFESSORI EME-

rito, summiq; Judicii Hassiaci adfessori,

parenti suo æviternum ve-  
nerando.

*Hasce de jure dot. positiones, in fi-  
lialis obsequii & observantia  
signum, offert.*

  
Johan. Vultejus.

Typis exst. in aed. CASPARI CHEMLINUS.  
cis 10 cxxlix



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
JURE DOTIUM.

POSITIO I.



UM matrimonia legitimè custodiri omnium interfit *arg. l. consensu 8. C. de repud. Nov. 117. cap. 9. & seqq. Arist. lib. 2. Polit. consequenter & dotes, sine quibus minus facile ea contrahi videmus Sol. in p̄f̄at. tract. Jur. de dot. constitui, easque salvas mulieribus conservari Reipub. interest l. Reipub. 2. D. de jur. dot. l. 1. sol. matrim. l. interast. 18. de rebus auctorit. jud. possid.*

II.

Dotis autem vocabulum à Græco verbo *διδωμι* (unde *δωσ* poetis) dictum *Festus in fragment. lit. d.* ambiguum est: nec semper eodem accipitur modo *vide Anton. Gubert. Costan. de dotib. cap. 2. n. 1. & seqq. Bald. Novell. part. 1. princ. Phan. de Phanuc. in comment. de lucro dot. ad rubric. n. 1. & seqq.*

III.

Latè acceptum dotis nomen, omne id quod à Deo vel natura homini datur significat *Genes. cap. 30. vers. 6.* Sic dotes animi & corporis vulgò dicuntur: id quod testatur *Ovid. lib. 3. Trist. hoc disticho.*

A 2

Nam

Nam tibi cum facilis mores natura pudicos,

Et raras dotes, ingeniumq; dedit.

Interdum accessiones vel reditus agrorum aliarumq; rerum denotat: Sic Varro *lib. 4. de rer. rustica* vineam cum sua dote, & Plinius Ulmum vite dotatam dicit: nec ineleganter à J Ctis & Canon. dotes prædiorum *l. cum pater 2. Sult. l. Seja. 20. § 1. & 3. D. de instr. vel instr. legat. l. amissi 52. §. 2. de Fidejuss. l. si prædiorum 15. C. ad L. Falcid. dotes ecclesiarum & sacellorum cap. sicut. ext. de consecrat. Eccles. cap. nemo de consec. dist. 1. appellantur.*

IV.

Hoc in loco, strictè dotem, matrimonii scilicet causa constitutam *l. 1. D. & C. de jure dot.* acceptam volumus: Nec tamen sic significatio ejus semper est eadem: Apud JCtos enim nostros non rarò res dotales *Zaf. in rubric. solut. matrim. Don. 14. comment. 4. Bocer. class. 1. disp. 20. th. 2.* ut & actiones quibus dos vel promissa exigitur *l. si mulier 39. princ. de jure dot. vel data reperitur l. 1. §. Celsus 9. de dot. præleg. dos, per νεπέχρησις* appellantur, cum tamen dotis appellatio Juri quod in re cõstituitur magis propriè conveniret *Bartol. in rub. sol. mat. n. 16. & seqq.*

V.

Dotem itaq; omiſſis variis variorum qui per donationem *Hottom. in disp. de dot. pr. rem Zafius in rub. sol. mat. Don. 14. comm. 4. Bocer. class. 1. disp. 20. th. 2.* pecuniam *Varro 4. de ling. lat. Duaren. in tract. de dot. pr. cap. 1. Cuiac. in parat. D. de iur. dot. & hos secutus Obrecht. in disp. de patrim. mulierum. th. 23. & contractum definiunt, descriptionibus: definitio jus (& id quidem cum Bartolo universale) in re marito ad sustinenda onera matrimonii, constitutum. *Herm. Vultejus pater mihi venerandus in 1. Jurisprud. Rom. cap. 20. n. 3. & in comm.**

*comm. inst. de nupt. §. si adversus ea 14. ut & in pr. quib. alien.  
lic. vel. non. Trentler. 2. disp. 7. th. 1.*

VI.

Constituentium diversitas diversas dotis facit species: ex quo in profectitiam dividitur & adventitiam. *Ulpian. in fragment. tit. 6. l. profectitia §. §. 11. de jur. dot. l. filia 4. C. de collat. l. unic. §. & ut plenius 1. C. de rei uxor. act.*

VII.

Profectitia est dos quæ à parente foeminæ paterno, de bonis vel facto ejus constituitur *l. profectitia §. pr. l. pater. §. 1. de jur. dot. l. unic. §. accedit C. de rei uxor. act. l. soluto 2. §. 1. sol. mat.* dicitur etiam dos à patre profecta *d. l. soluto §. 1. l. si ab hostibus 10. pr. eod. n. l. 4. C. eod. dos patris l. avia 6. C. de iur. dot. item dos communis l. non solum 3. l. si cum dotem 22. §. 1. solut. mat.*

VIII.

Nihil autem interest, pater filiam in potestate habeat, nec ne: nam etiam à patre manumisso dos data, profectitia est & dicitur *Donell. 14. comm. 6. ibidemq; Hilig. lit. a.* quia non potestatis jus sed parentis nomen profectitium facit, *l. profectitia §. §. si pater 11. de jur. dot. l. si ab hostibus. 10. pr. sol. mat.*

IX.

Nec refert, pater ipse an verò alius ipsius nomine aut jussu dotem constituat: quare, si procurator vel negotiorum gestor, mandante vel ratum habente patre *l. profectitia §. §. 1. de jur. dot.* si curator furiosi, prodigi aut cujusvis alterius, qui bonis suis superesse nequit *d. l. profectitia §. §. sed et si 3.* si prætor vel præses ex bonis captivi *d. l. §. §. 4. filia* dotem constituerit: ut & si fidejussor à patre pro dote promissa datus solverit *d. l. §. §. 7.* vel extraneus contem-

A 3

platione

platione patris dederit *sepè dict. l. profectitia* §. 2. dos cum à patre profecta, & ex bonis ejus data intelligatur, profectitia appellabitur.

X.

Contra verò, si dos à patre non tanquam à patre, sed tanquam à debitore *d. l. profectitia* §. *si quis* 9. & §. 11. *vers. ceterum* vel fidejussore *d. l. §. si pater* 6. detur: sicut etiam si non ex bonis patris profecta intelligatur *d. l. §. si pater repudiaverit* §. nisi quo dederit pater animo dubitetur *l. fin. vers. utramq;* igitur *ibiq;* Gothofred. *lit. l. C. de dot. promiss. d. l. §. Papinianus Bald. Novell. part. 6. priv. 3. n. 1. & 2. Campex. part. 1. quast. 16. Trentl. 2. disp. 7. th. 2. lit. a.* profectitia minimè sed quasi ab extraneo constituta adventitia dicetur.

XI.

Jam ex his facilè colligi potest qualiter sit definienda dos adventitia *Camp. de dot. part. 1. q. 10. n. 3.* ea videlicet quæ vel à muliere ipsa *Hottom. in disp. de dot. n. 10. l. si filiam. 24. l. promittendo* 41. §. *si debitor de jur. dot.* vel ab extraneo, extra patrem virilis sexus animo parentis dantem, quovis alio *l. unie. §. accedit* 13. *vers. extraneum C. de rei uxor. act. l. fin. §. 1. C. de jur. dot. Vlpian. in fragm. tit. 6. §. Dos autem profectitia* constituitur.

XII.

Cognita divisione, commodè de personis constituentibus dotem dispiciemus: Non solùm autem mulier ipsa per se, si sui juris sit *Vlp. in fragm. tit. 6. pr. Cajus in inst. lib. 2. tit. 9. §. sunt & alia. ad del. quæsitum* 17. §. *fin. de reb. auth. jud. possid. l. ex morte* 9. *vers. similis, C. de pact. convent. l. 2. in fin. pr. sol. mat.* Sed pro ea etiam dotem ritè & utiliter cõstituunt quivis alii, *l. dotem* 35. *de jur. dot.* cujuscunque ii demum sint sexus vel conditionis, *l. promittendo* 41. *pr. eod.* masculi sint  
an fce-



an foeminæ [adeò ut hæ Vellejano non juventur *l. si dotare*  
*12. l. ult. C. ad SC. Velle. ibiq. Gothofred. lit. e.*] patres familias an  
filiifam. *l. profectitia* §. *si filiusfam. eod.* Propinqui an ex-  
tranei *l. si extraneus* 33. & *passim. in tit. D. de jur. dot.* majores  
an minores *l. mulier* 28. *C. eod.* modo hi dotem constituant  
moderatè, non effusè. *l. unic. C. si advers. dot. nihil interest.*

### XIII.

Verùm horum dotantium non utrinque ratio est  
eadem: Alii enim vel ex sanguinis necessitudine, pietatis  
jure, *l. Nefennius* 34. *de negot. gest.* vel ex officii necessitate,  
*l. quero* 60. *l. cum post* 69. §. 5. *de jur. dot.* dotem constituere  
tenentur, *l. capite* 19. *de rit. nupt. l. si curatores* 9. *C. de admin.*  
*sut.* alii minus. *l. si extraneus* 33. *de jur. dot.*

### XIV.

Inter illos primo loco pater est, qui filiam jure pie-  
tatis *l. Nefennius* 34. *de negot. gest.* dotare cogitur, atque ad  
id tanquam officium paternum *l. fin. C. de dos. promiss. l. mu-*  
*lier* 22. §. *pen. ad SC. Trebell.* si ætas & pudor virginis exigit,  
*arg. Nov. 115. cap. 3. Hub. Cost. de dotib. cap. 3. n. 8.* per magistra-  
tum compelli potest, *l. capite* 19. *de rit. nupt. Geil. 2. obs 95. n. 1.*  
& *Dd. ibidem allegati*, quod tamen contra expressum *d. l.*  
*19.* textum negasse videtur *Connanus 8. comment. 8.* dum  
ait: patrem cogi quidem posse, ut filix conditionem quæ-  
rat, non ut illi dotem attribuat.

### XV.

Filiam autem dotare tenetur pater etiam emanci-  
patam *de nova Justiniani constit. quæ exstat in l. fin. C. de dot.*  
*promiss. junct. l. si quis* §. 1. *de agnosc. & atend. lib. Ampliss. Dn.*  
*Præf. in resol. Treusl. vol. 2. disp. 7. qu. 11. Diss. Obrecht. in disp. de*  
*pat. mul. th. 88. & seq. locupletem ob generalitatem text. d. l.*  
*fin. C. de dot. prom. & d. l. 19. de rit. nupt. l. dotem. 6. de collat. Gub.*  
*Cost.*

Cost. d. cap. 3. n. 13. Mynsing. cent. 5. obs. 32. n. 2. 5. 7. 8. Geil. 2. obs. 95.  
n. 14. Secundo nubentem auth. sed. quamvis C. de rei ux. act.  
Nov. 97. cap. 5. 4. Harmen. 8. § 50. (quod tamen Alciato 8. parerg.  
3. & Connan. 8. com. 8. n. 7. displicet) ut & adoptivam Obrecht.  
d. disput. th. 98. per l. profectitia § si pater ii. cum seq. de jur. dot.  
Hottom. in disp. de dot. n. 20. per generalitatem. text. d. l. 19. non  
verò naturalem arg. l. uxorem 41. § pater ubi Gothofred. lit. p.  
de legat. 3. fac. l. 8. C. de nat. lib. Schneid. in § fuerat 29. inst. de act.  
ibidemq. alleg. Dd. Disf. Hotto. d. disp. n. 22. qui hoc in casu patrem  
ex equo & bono cogi posse statuit per Nov. 89. multò minus spu-  
riam, quam pater ne alere quidè Jure civili tenetur auth.  
ex complexu C. de incest. nupt. auth. licet in fin. C. de nat. lib. Myns.  
cent. 1. obs. 35. Geil. 2. obs. 88. Quamvis Canonica sanctio con-  
trarium statuere videatur in c. cum haberet. de eo qui dux. in  
mat. quam per adult. poll. Confer Gabr. Palaot. egregiè pro spuris  
digladiantem in tract. singul. de nothis & spuris cap. 49. & seqq.  
plures Dd. refert Geil. d. obs. n. 7.

#### XVI.

Quamvis verò onus dotandi filiam parenti regula-  
riter incumbat, ab eo tamen relevatur si ære obrutus fu-  
erit alieno l. ait prætor 10. § 14. l. hac in factum 14. cum l. fin. § 1.  
que in fraud. credit. Campex. de dot. part. 1. q. 14. Gub. Cost. cap. 3.  
si filia à vera religione & pietate desciverit, l. cognovimus  
19. C. de heret. & Manich. Nov. 109. cap. 1. Nov. 115. cap. 3. vers. de  
predictis si turpiter & inhonestè vixerit, l. si filiam 19. C. de  
inoff. test. d. Nov. 115. cap. 3. vers. si alicui, si minor annis 25. nu-  
ptias sine parentis consensu contraxerit, d. Nov. 115. cap. 3.  
arg. § si adversus ea inst. de nupt. l. dotis 3. de jur. dot. Treut. 2. disp.  
7. th. 2. lit. g. Obrecht. th. 82. & seqq. Bocer. hic. th. 12. Gub. Cost.  
cap. 3. n. 19. & 20.

#### XVII.

Quæ

Quæ hæcenus dicta sunt eadem in avo & proavo paterno obtinent: Nam & hi ad dotem nepti vel pronepti dandam, siquidem pater & avus ob inopiam eam præstare nequeant, legis necessitate adstringuntur, *l. dotem 6. de collat. l. avus 33. ibiq. Gothofred. lit. l. de pactis l. avus 79. de jur. dot. adeò ut etiam ob dotem, quam filiusfam. mutuò acceptam filia dederat, actione de in rem verso creditori seu mutuanti teneantur, l. profectitia 5. § si filiusfam. 8. de jur. dot. l. & ideo 7. § fin. de in rem vers. l. filiusfam. 17. ad SC. Maced.*

### XVIII.

Mater ut & cæteri parentes materni, quamvis legitimam liberis debeant *Nov. 115. cap. 3.* ad dotem tamen filia vel nepti constituendam, nisi ex magna probabilique causa, quam cum interpp. accipio *extremam patris vel avi paterni inopiam Obrecht. in disp. hic. th. 117. Everhard. in loc. legal. ab alimento ad dotem n. 5. Bocer. hic. th. 14.* vel ex causa lege specialiter expressa, ut si mater sit heretica, filia verò vel neptis Christiana *l. heretici 13. § 1. l. cognovimus 19. § 1. C. de heret. & Manich. arg. Nov. 115. cap. 3. vers. si quis de prædictis Obrecht. d. loc. th. 120. Hottom. hic. n. 23. Gub. Cost. cap. 3. n. 5. & 6. non tenentur, l. neque 14. C. de iur. dot. l. 19. de rit. nupt. § fæmina Inst. de adopt.*

### XIX.

Cum autem foror consanguinea [non uterina ex alio patre nata, *l. cum plures 12. § 3. de admin. & peric. tut*] si inops & egena aliter nubere non possit, à fratre dotanda sit, ut per sensum colligitur contrarium ex *d. l. cum plures § 3. verb. sed non dabit ubi Gothofr. lit. q. Duaren. hic cap. 3. Gub. Cost. d. cap. 3. n. 4.* An idem in matre, ut à filio, si aliunde dos non superat, doretur quod statuunt *Hottom. de dot. cap. 3. num. 23. Obrecht. in d. disp. thes. 109. & seqq.* servari debeat, non abs re

B

quæ-

quæritur? Sed negativæ cum Angelo in l. 1. sol. mat. Campez  
part. 1. q. 1. insistimus sententiæ: diversissima enim quoad  
præsens negotium est ratio matris & sororis, Ampliſſ. Dn.  
Præs. in 2. resol. Treutl. 7. quest. 18.

XX.

Officii necessitate obstringuntur tutores & curato-  
res, ut pupillis vel adultis nubentibus, dotes ex bonis suis  
l. si curatores 9. C. de admin. tut. pro dignitate natalium & fa-  
cultatum modo constituent, l. quaro 60. l. cum post. 69. § nu-  
ptiis. de jur. dot. l. tam dementis 28. C. de Episcop. audient. l. si filia  
43. de legat. 3. l. si curatores 9. C. de admin. tut. idque vel prævio  
magistratus decreto, si videlicet maritus corpora in do-  
tem data vendi & pecuniam habere malit l. 4. l. prædia 8. C.  
de præd. minor. vel si ipsa rerum corpora in dotem accipiat  
etiam sine eo l. Titia 62. de jur. dot. l. 1. C. si advers. dot. sic distin-  
guit post. l. si ve generalis 61. de iur. dot. Obrecht. in d. disp. th. 135.  
& seqq. conf. Cuiac. 7. obs. 23.

XXI.

His ita delineatis qui non cogi possint facile appareat,  
arg. l. cum prætor pr. de iudic. Præter relatos enim reliqui om-  
nes, qui dotem constituunt, ultrò nulloque id jure co-  
gente faciunt, & spontaneam exercent liberalitatem,  
cùm in eorum arbitrio sit dare vel non dare, l. unic. § acce-  
dit C. de rei uxor. act. promittendo tamen dotem omninò  
obligantur. l. promittendo 41. pr. de iur. dot. Vlp. in fragm. tit. 6.  
pr. Atque hinc est ut post promissionem, constitutio dotis  
non voluntatis amplius, sed necessitatis esse, dici possit  
arg. l. sicut 5. C. de O. & A. l. ult. C. ad SC. Velleian.

XXII.

Porro constitui dos potest non solum marito, verùm  
etiam cuivis alteri, ipsius tamen nomine vel jussu l. etiam si  
19. l. si

19. l. si mulier 59. pr. de iur. dot. l. si cum dotem 22. § transgrediamur sol. mat. quin etiam filiofam. ser uove mariti dotem dari posse constat l. quemadmodum 46. de iur. dot. ita tamen ut neque culpam neque periculum pater maritusve præstet d. l. quemadmodum d. l. si cum dotem. At si maritus filiusfamilias sit rectè ipsius patri constituitur l. nuptura 57. de iur. dot. d. l. si cum dotem § transgrediamur vers. sed si filiusfam. sol. mat. l. si focero 10. C. eod. Hottom. hic. n. 26.

### XXIII.

De personis hætenus: nunc ad materiam progrediamur dotis. Hæc consistit in rebus quibusvis, hominum commercio non exemptis, l. sed Celsus 6. pr. l. si in emptione 34. § omnium de contrah. empt. corporalibus & incorporalibus l. unic. § cum autem 7. vers. sin autem C. de rei uxor act.

### XXIV.

Nihil itaque interest res quæ in dotem dantur mobiles sint, d. l. unic. § 7. vers. exactio l. in rebus 30. C. de iur. dot. cuiusmodi sunt vel res pondere, numero, mensura constantes l. res 42. l. pater 81. de iur. dot. l. ex pecunia C. eod. l. Gajus 45. sol. mat. vel sese moventes d. l. 30. C. de iur. dot. l. plerunque 10. § 3. & 5. l. si seruo 47. eod. an immobiles five foli d. l. 30. d. l. unic. § 7. vers. exactio & seq. d. l. plerunque 10. § 1. l. qua fundum 50. l. si is 56. § 3. de iur. dot. tit. D. & C. de fund. dotal.

### XXV.

Dotis quoque juri rectè subjiciuntur res incorporales & jura d. l. unic. § 7. ut sunt hæreditas l. nec ullam 13. § apud Marcellum de pet. hered. proptietas nuda, l. res quas 17. cum l. seq. C. de iur. dot. usufructus l. dotis 7. § 2. l. si usufr. 66. l. cum in fundo 78. pr. & § 1. 2. 3. D. d. tit. d. l. 18. C. eod. servitus prædii, arg. l. si precario 17. commun. præd. Jurisdictio Wes. in par. h. t. n. 3. Obrecht. d. disput. th. 153. Feudum quod tamen ita limita ut

B 2

id qui-

id quidem fœmina 2. Feud. 13. & 17. non ab ipsa alius 2. Feud. 9. §  
1. & 39. in pr. & 52. in dotem dare possit. vide Rittershus. in part.  
jur. feud. lib. 2. c. 3. n. 26. & seqq. Ampliss. Dn. Pres. 2. resol. Treut.  
7. q. 22. Diss. Curt. Jun. in tract. feud. part. 4. n. 93. aliter Hottom.  
in comm. ad tit. 13. 2. Feud. Actiones, nomina l. cum dotem 71.  
de jur. dot. l. nominib. 2. C. de O. & A.

### XXVI.

Denique res non tantum inæstimatæ, quæ propriè  
dotales appellantur, teste Justin. in l. unic. § cum L. Julia 15.  
vers. in fundo. C. de rei uxor. act. sed & æstimatæ, designato  
sc. precio earum l. plerunque 10. l. si res 12. pr. l. si rem 14. & pas-  
sim de jur. dot. in dotem recte dantur: & hæc quidem duo-  
bus modis; uno, si vera contrahatur inter dantem & acci-  
pientem venditio, atque accipiens non rei sed precii fiat  
debitor, d. l. plerunque 10. § si ante cum seq. l. quoties 16. de jur.  
dot. l. quoties 5. C. eod. altero, si convenerit, ut res restituantur  
ipsæ, si extiterint; sin minus, precium earum in æsti-  
matione expressum solvatur d. l. quotiens 5. C. eod. l. æstimatis  
50. sol. mat. Meier. in colleg. Argent. de jur. dot. th. 8. Obrecht. in  
d. disp. th. 168. & seqq.

### XXVII.

Res alienæ Jure in dotem dari nequeunt, l. si à matre  
13. C. de iur. dot. l. mater 34. l. Proculus 67. ff. eodem. datæ tamen  
bona fide, tum demum dotales revera fiunt, si à marito  
usucaptæ fuerint, d. l. Proculus 67. l. 1. C. de usucap. pro dot. t. r.  
D. pro dot. aut consumptæ l. pater 81. de iur. dot. arg. l. 13. si cert.  
pet. adeò ut dotis actione veniant restituendæ, l. si alienam  
11. sol. mat. l. iure succursum 6. § 1. de iur. dot. Treut. 2. disp. 7. th. 4.  
lit. c. Bocer. hic. th. 21. Hottom. hic n. 28.

### XXVIII.

A Jure illo, res in qua illud est constitutum, dotalis  
fit &

Et & dicitur, arg. rub. D. & C. de fund. dot. l. quod si 27. de iur. dot. l. semel 26. l. si marito 31. § 4. l. servus 58. l. dotalem 61. sol. mat. An & res quæ permutatione vel pecunia dotali comparatur? Ita quidem obtinere puto, in hac indistinctè l. res que 54. de iur. dot. in illa verò si consensu mulieris permutatio fiat l. si mulier 21. de pact. dot. l. si ei 25. eod. & in rem negotiumq; ipsius cedat, d. l. si ei 25. cum ll. seqq. Don. §. comm. 2. Hottom. in d. disp. Dis. Anton. Fab. §. coniect. 9. Trentl. 2. dispus. 7. thesi 9. lit. b.

### XXIX.

Verùm dos quanta esse debeat, nulla definitum esse lege, Vult. 1. Jurispr. Rom. 20. n. 18. adeò ut mulier universa sua bona [ quibus præsentia tantum non etiam futura significantur arg. l. si mandavero 22. § is cuius D. Mandat. Hottom. hic. n. 33. vers. sed quid ] modo non adjiciatur dotis lucranda pactum Geil. 2. obs. 82. num. 9. Vaud. 1. quest. 31. in dotem dare possit l. mulier 72. de iur. dot. l. nulla 4. C. eod. l. 1. § 1. pro dote Geil. d. obs. n. 1. minori tamen per restitutionem l. si ex causa 9. § in dotis l. denique 3. § 5. l. minor 48. § ult. de minorib. l. unic. C. si advers. dot. majori vero circumventæ ex æquo & bono l. jure 6. in fin. l. si res 12. § 1. de iur. dot. succurritur Hottom. d. disp. n. 32. Constant. Roger. de dot. cap. 8. n. 17. imò liberis prioris matrimonii in legitima læsis, querela inofficiosa dotis datur t. t. C. de inoffic. dotib. Hottom. d. loc. in fin.

### XXX.

Post rerum quæ in dotem venire possunt cognitam qualitatem & quantitatem, ut dotis constituendæ modos exponamus, ordinis ratio postulare videtur.

### XXXI.

Dos constituitur vel ultima voluntate, utputa: testamento, codicillis, legato & donatione mortis causa, l.

ali 48. § 1. l. Julianus 20. l. si pater 76. de iur. dot. l. Titio centum  
§ 3. de condit. & demonst. vel inter vivos, quod expressè fit  
vel tacite, Obrecht. hic. th. 158. Expressè, olim quidem per  
solennem dictionem, Vlp. in fragm. tit. 6. pr. Caius in inst. lib.  
2. tit. 9. § 3. cujus vestigia exstant in l. 3. C. Theod. de incest. nup.  
& l. ult. C. Theod. de dote. hac vero obsoleta, per dationem  
dos ipsa, l. 1. & 3. C. de dot. caut. non numerat. aut per promif-  
sionem, non ipsa dos, sed obligatio ejus constituitur, pro-  
ut videre est in t. t. C. de dot. prom.

### XXXII.

Datur dos, non modo cum revera res dotalis de ma-  
nu in manum transfertur, l. quemadmodum 46. § traditione  
de iur. dot. l. legem 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conv. Sed etiam  
cum quasi traditur, veluti per cautionem, l. ult. de servit. l.  
ratio 3. § si iter de act. empt. cessionem, Vlp. in fragm. tit. 19. § in  
iure. cum seqq. patientiam l. omnium. 3. pr. de usufruct. d. l. ult. de  
servit. l. quoties 15. eod. Sic quoque dos dari dicitur, etiam si  
nec verè nec quasi tradita intelligatur, ut puta si per acce-  
ptilationem, l. promittendo 41. § 2. l. licet 43. pr. cum l. seq. § 1.  
de iur. dot. l. si mulier 10. de condit. caus. dat. delegationem d.  
l. promittendo § si à debitore l. si is 56. pr. l. si debitor 80. de iur. dot.  
vel simplicem debiti remissionem constituatur, l. si res. 12.  
§ fin. l. si sponsalib. 58. § 1. l. si mulier 77. l. 59. § ex asse de iure dot.

### XXXIII.

Promittitur dos [ex quo promissa, quamvis hæc pro-  
priè loquendo dos non sit, Gub. Cost. de dotib. cap. 2. n. 12. &  
seq. Campez part. 1. q. 2. n. 1. appellatur t. t. C. de dot. promiss.]  
vel stipulatione solenni l. Julianus 20. cum ll. seqq. de iur. dot.  
l. unic. pr. § 1. 2. C. de rei uxor. act. vel pollicitatione l. ad exa-  
ctationem C. de dot. promiss. ejusmodi, quæ non in nudum pa-  
ctum, sed in contractum innominatum incidat, Ampliss.  
Dn.



*Dn. Pras. in 2. resol. Treutl. q. 33. Obrecht. in d. disput. th. 208. & seqq. arg. l. 45. de pact. l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. convent. & unde non exceptio sed actio detur d. l. ad exactionem Cod. de dot. promiss. arg. d. l. 45. de pact. l. naturalis §. de prescript. verb. & l. ex placito 3. C. de rerum permut.*

XXXIV.

Dotis promissioni quin fidejussor accedere possit nullum de jure habet dubium, *l. 5. § 6. l. cum dotis 55. de jure dot. l. creditor 60. § 1. D. mandati arg. § 1. inst. de fidejuss. l. Grace § 1. ff. eod.* Illud an dotis conservandæ causa accipi possit fidejussor, cum discrepantes hac in re sint Dd. opiniones, quæritur? Ego affirmativam in casu quo sponte à marito oblatus accipitur juri consentaneam esse duco. *Duaren. tract. de jure dot. cap. 4. Connan. comm. 9 Ampliss. Dn. Pras. 2. resol. Treutl. 7. q. 32.*

XXXV.

Insuper dotis constitutioni pacta plerunque apponi solent, quæ ob id quod de dote sunt, dotalia appellantur pacta, *rubr. & t. t. D. de pact. dot. & C. de pact. convent. tam sup. dot. l. 10. C. de pact. l. pen. C. de dot. promiss. cum que legem contractui dent, l. Jurisgentium 7. § 5. vers. idem Marcellus de pact. l. in conventionalibus 52. pr. de V. O. sive ante, sive post nuptias interposita fuerint, l. 1. pr. l. si pater 12. § 1. l. queris 28. de pact. dotal. servari debent. l. in emptionibus 43. de pact. l. legem 10. C. eod. l. 1. C. de pact. convent. l. contractus 23. de R. I. l. unic. § ult. C. de rei uxor. act. modo non repugnent legibus, vel bonis moribus, l. illud 5. pr. & § 1. de pact. dotal. l. generaliter 26. de V. O. Bodinus eleganter lib. 1. de Republ. c. 3. sub fin. aut occasionem præbeant delictis, d. l. illud § 1. aut indotatas reddant mulieres l. si convenerit. 2. & 4. pr. eod. aut deteriores faciant dotis conditionem, l. de die 14. cum ll. seqq. eod. l. minor 48. sub fin.*

*sub fin. de minoribus 25. ann. vide Wesenbec. in paratit. de pact.  
dotalib. num. 1.*

XXXVI.

Quamvis autem pacta dotalia, ut eò facilius pro-  
bentur *l. cum citra 15. C. de jur. dot. vulgò scribantur l. in doti-  
bus. 3. C. de dot. caut. non numerat. & dotalium instrumento-  
rum sæpius in jure fiat mentio, l. hereditas 5. C. de pact. con-  
vent. l. pactum 15. C. de pact. ea tamen in scripturam redigi  
necesse non est, l. 1. C. de dot. caut. non numerat. l. unic. § 1. vers.  
nihil. C. de rei uxor. act.*

XXXVII.

At verò testium præsentiam hisce in pactis omnino  
necessariam esse judico: *Ampliss. Dn. Pras. in 2. resol. Treutl.  
ib. 7. Wesemb. in parat. ff. de pact. dotal. n. 4.* Equidem duo aut  
tres sufficiunt, *arg. l. ubi numerus 12. de testib. nisi de succes-  
sione conjugum agatur futura, rum enim ad exemplum  
ultimarum voluntatum, quarum ejusmodi pacta sapiunt  
naturam l. tale 40. § ult. de pact. quinque ad minimum re-  
quiruntur testes, l. fin. C. de donat. more. causa. l. fin. §. fin. C. de  
codicill. confer constit. elect. Saxon. qua existat, part. 2. tit. 43. §  
Nachdem die Ehestiftunge prout judicatum meminit We-  
senbecius d. loc. n. 4.*

XXXVIII.

Cæterum, sicut in pactis successio conjugum futura,  
lucrum dotis, restitutio ejusdem & aliæ circumstantiæ in  
disquisitionem venire, ita quoque quantitas plerunq; do-  
tis definiri & exprimi solet; quod si fiat dos certa, sin mi-  
nus, ita ut non appareat quid, quale, quantumque in do-  
tem datum sit, incerta appellatur, *l. si cum ea C. de dot. pro-  
miss. l. cum post 69. § Gener de jur. dot. Cujusmodi promissio  
promittentem non obligat, l. 1. C. de dot. promiss. l. salarium.*

17. C

17. C. mandati. Diss. Bald. Nov. de dot. part. 6. privil. 11. num. 3.  
Trent. hic. th. 4. lit. d. nisi vel à patre facta, d. l. cum post, § gener  
vel in arbitrium boni viri collata sit, d. l. si cum ea 3. C. de dot.  
promiss. sic distinguunt post Duarenum 1. disp. annivers. cap. 56.  
Obrecht. in d. disput. th. 188. & seqq. Wesemb. in parat. ff. de jur.  
dot. n. 5. Bocer. hic th. 33. Gub. Cost. hic. cap. 4. n. 5.

XXXIX.

At non expressè tantùm, sed & interdum tacitè dos  
constituitur. Nam, si mulier post divortium, priusquam à  
marito dotem repetat, cum eo in gratiam revertatur, l. si  
mulier 13. de jur. dot. dos in prius matrimonium data, reno-  
vari intelligitur l. dotem 30. l. Divus 40. l. post divortium. 64.  
eod. l. si mulier 19. l. in his rebus 66. § uxor sol. mat. sic etiam si ad  
secunda transeat vota, nec dotem certam marito secun-  
do assignet, nullis exstantibus liberis, Bartol. in l. penult. § 5.  
sol. matrim. [nam si exstent secus est l. hac edictali 6. in pr. C. de  
secund. nupt. l. si constante. 19. vers. sed etsi. de donat. ant. nupt.  
Gail. 2. obs. 82. n. 8.] omnia in dotem ei videntur data, quæ  
data fuerunt primo. Obrecht. hic. th. 225. Trentl. th. 5. lit. b. arg.  
predict. ll.

XL.

Cum verò mulier nulla dotis facta mentione nuptias  
contrahit, aut maritum bonis suis uti frui patitur, omnia  
sua in dotem bona tacitè concessisse non præsumitur,  
Hottom. in d. disp. n. 35. Wesemb. cons. 25. Gail. 2. obs. 82. num. 2. 3.  
Obrecht. th. 227. & seq. Bocer. th. 28. Trentl. th. 4. lit. e. Sed ma-  
ritus eam indotatam [quia etiam sine dote mulier nubere  
potest, l. jubemus II. C. de repud. l. ult. pr. vers. quare C. de don. ant.  
nupt. Nov. 22. cap. 18.] in matrimonium accepisse creditur,  
Obrecht. th. 230.

XLI.

Dotis finis est, ut matrimonii oneribus subserviat,

C

l. pro

*l. pro oneribus 20. C. de jur. dot. & apud maritum conjugii causa permaneat, l. 3. eod. Wesembec. in parat. de jure dot. n. 6. hinc est, ut dos non sit, nisi matrimonium sit, d. l. 3. l. fin. pr. C. de donat. aut. nupt. quamvis salva matrimonii substantia abesse possit, d. l. fin. l. fin. C. de repud. nec enim matrimonium à dote, sed contra dos à matrimonio pender, Obrecht. th. 237. arg. d. l. fin. Quæ cum ita sint, non rectè statuunt, Geil. 2. obs. 87. n. 2. Campez. part. 2. q. 54. Alberic. Gentil. de nupt. lib. 3. cap. 4. qui uxorem ob dotem promissam, non solutam, repudiari & expelli posse putant. l. penult. C. de repud. Hottom. hic. n. 41. & 42. Obrecht. th. 238. Wes. in parat. d. loc. n. 3. Covarruv. 1. variar. resol. 7. n. 2.*

XLII.

Equidem, si dos promissa non solvatur maritus strim contracto matrimonio, *l. stipulationem 21. de jure dot. Mysing. ad § fuerat 29. inst. de act. morosum debitorem convenire non prohibetur, cum plures ei hoc nomine competant actiones. Meier. in colleg. Argent. de jur. dot. ad eò ut actione, vel ex stipulatu, dotem quovis modo promissam l. unic. pr. & § seq. C. de rei ux. act. vel ex empto æstimatò datam, l. quotiens. 16. de jur. dot. vel ex testamento ultima voluntate relictam, l. tali 48. § ult. eod. l. Titio 71. § 3. de condit. & dem. Meier. d. loc. th. 11. tam à fidejussore, arg. l. 55. de jure dot. quàm à promissore [cujus etiam bona, majoris securitatis causa, hypothecæ tacitæ subjacere intelliguntur, d. l. unic. § 1. verb. ex utroque latere. Anton. Negusantius de pignor. & hypoth. 4. memb. 2. part. n. 25. Wes. d. loco. n. 6. Hottom. hic. n. 94. Gub. Cost. cap. 6. n. 14. evictionisq; nomine obligata esse censentur, l. 34. 16. de jur. dot. l. 1. C. eod. l. qui res 98. pr. de solut. & liberat. Negus. d. loc. n. 26. Wes. d. loc.] exigere possit.*

XLIII.

Mul.

Multum autem interest, locerum convenerit maritus, an verò extraneum promissorem; Siquidem ille privilegio nititur competentiae, matrimonio constante non soluto eo, *l. sicut 21. cum l. seq. de re jud. l. pen. de jur. dot.* Hic, five ex debito dotem constituerit five donandi animo mulieripromiserit, non nisi solidum praestando liberatur, *l. nescimus 41. de re jud. d. l. pen. de jur. dot. Ant. Fab. in conject.*

#### XLIV.

Porro dos jam constituta & tradita perpetuo apud maritum, quoad matrimonium durat, manet, *l. i. de jure dot.* qui pro arbitrio suo ea utitur fruitur, *wes. in parat. hic. n. 7.* fructusq; universos post nuptias, non ante perceptos *l. dotis 7. § 1. eodem.* ut in perferendis matrimonii oneribus sublevertur, *l. pro oneribus C. eod.* summa aequitatis ratione, *d. l. dotis in pr.* etiam si pacto aliter fuerit conventum *l. 4. l. Pomponius 6. l. queris 28. de pact. dotal. lucratur, d. l. pro oneribus d. l. dotis pr. l. plerunq; 10. § 3. eod. l. ult. C. eod. l. unic. § cum q; ex stipulatu C. de rei uxor. act. l. cum pater 11. de pact. dot.* adeoq; ultra eos impendere in uxorem, si habeat, unde se sustentare possit, non tenetur. *l. si cum dotem 22. § 8. verbis.* secundum dotis quantitatem. *sol. mat. l. in eum. 16. de relig. & sump. fun. Coler. in tract. de alim. lib. 1. cap. 10. n. 16. Ampliss. Dn. Praes. 2. resol. Trentl. 7. q. 45.*

#### XLV.

Neque verò quod de fructibus dictum praecise de agrorum proventu accipiendum est, *Hottom. d. disp. n. 62.* nam & operæ servorum dotalium mariti sunt, *l. unic. §. cum q; C. de rei uxor. act. l. hinc queritur 19. § 1. de pecul.* ut & quæ inde acquiruntur, *l. aditio 45. § 1. de acquir. hered.* Quinetiam pecorum foetus *l. plerunq; 10. § 2. de jure dot. d. l. unic. § cum q; 9.* usurae pecuniarum, *l. cum post 69. § 1. de iure dot. l.*

creditor 60. § si inter mandat. arbores cædunt l. fructus eos 7. §  
si fundum sol. mar. sic & lapicidina, metallorum fodina, d. l.  
fructus § si vir cum l. seq. l. ult. eod. non item partus ancilla-  
rum, d. l. pterunque 10. § 2. l. cum post 69. § si de jure dot. d. l. u-  
nic. § 9. legata vel hereditates servis relictæ, l. si legato 65. de  
jur. dot. l. 3. de fund. dot. d. l. aditio 45. de acquir. hered. accessio-  
nesq; similes, quæ ad mulieris pertinent compendium, d.  
l. plerunq; 10. § 1. inter fructuum genera numerantur.

#### XLVI.

Dotis insuper æstimato data, plenum maritus con-  
sequitur dominium, ita ut eam alienare, de quæ ea proli-  
bitu disponere possit, l. unic. § & cum. L. Julia 15. vers. licet e-  
nim C. de rei uxor. act. l. quoties 5. l. 10. C. de iure dot. Hotrom. hic.  
n. 29. Sub. Cust. cap. 5. n. 12. & 13. Inæstimato autem data, et-  
si juris interpretatione & legum subtilitate, l. in rebus 30.  
C. de iure dot. maritus dicatur Dominus, pr. inst. quib. alien.  
lic. vel non l. quamvis 75. de iur. dot. l. dotale 13. § 2. de fund. dot. l.  
Lucius 21. § 4. ad Municip. l. 23. de rei vind. § per traditionem inst.  
de rer. divis. & passim. uxor tamen, utpote cujus in bonis l.  
4. C. de dot. collat. & proprium dicitur esse patrimonium, l.  
deniq; 3. § 5. de min. 25. ann. l. in eum 16. de relig. & sumpt. fun. rei  
veritate considerata, & effectu inspecto, vera ejus Domi-  
na, constante etiam matrimonio esse intelligitur, d. l. in re-  
bus. l. quamvis 75. de iure dot. Don. 4. comm. 4. ibidemq; Hillig.  
lit. f. Cuiac. 10. observat. 32. Ampliss. Dn. Pras. 2. resol. Trentl. 7.  
q. 38. Diss. variè Dd.

#### XLVII.

Hinc est, quod ex dote inæstimato accepta, maritus  
fundum [cujus appellatione res quævis immobiles signi-  
ficantur t. t. ff. & C. de fund. dot.] etiam si mulier jurato con-  
sentiat Salicet. in authent. sacramenta C. si adversus vend. Diss.  
Cano-

Canonist. sicut & Sol. in tract. de dot. q. 36. n. 8. Gub. Cost. cap. 5. n. ult. per cap. cum contingat & cap. licet mulieres extr. de jurejur. alienare nequit: l. unic. § & cum L. Jul. 15. C. de rei uxor. act. Novell. 61. cap. 1. Bald. Novell. de dot. part. 7. n. 1. Campez. part. 4. q. 9. Cujac. 7. obs. 23. Wesembec. in paratit. ff. de fund. dot. per tot. nisi probabilis atque legitima causa alienationem suaserit, l. 1. de fund. dot. Campez d. loc. q. 38. Cuiac. d. loc. aut mulier semel atque iterum post biennium in eam consenserit, d. Nov. 61. cap. 1. § quapropter iuncto § 3. ibidemque Cuiac. ut & in tractat. ad Aphrican. facit l. si mulier 22. C. ad SC. Velleian.

### XLVIII.

In alienatione rerum mobilium vulgò distinguunt, res fungibiles, viles & quæ servando servari non possunt, à pretiosis quæ servando non fiunt deteriores: adeoque non has, sed illas alienari posse statuunt, wesem. ad pr. Inst. quib. alien. lic. n. 3. & in Oeconom. iur. de fund. dot. Bocerus hic. th. 46. Treutl. th. 9. lit. c. Sol. in tract. de dot. q. 34. n. 2. 3. Quod admittendum non videtur; eò quod Lex Julia, ut & Justiniani constitutio, quæ exstat in l. unic. § & cum L. Jul. C. de rei uxor. act. Cùm fundi tantum & rerum immobilium interdican alienatione, mobilium alienationem indistinctè permisisse censeantur. arg. l. quod Prætor 12. de iudic. l. maritus C. de procur. Gub. Cost. cap. 5. num. 15. Bald. Novell. part. 7. priv. 1. n. 2. & seqq. Hottom. hic. n. 49.

### XLIX.

Ex supradictis jam apparet, maritum omne rerum æstimatarum, l. plerunque 10. pr. l. quod si 15. l. si mancipia 18. de iur. dot. l. æstimata 51. sol. mat. l. unic. § & cum L. Jul. C. de rei uxor. act. Gub. Cost. cap. 5. n. 12. 13. ut & fungibilium, l. res in dorem 42. de iur. dot. Bald. in l. 2. de reb. cred. periculum in se transfundere. In æstimatis verò extra dolum, culpam & diligentiam

tiam, l. in rebus 17. pr. l. mulier 72. § 1. de jur. dot. l. etiam 18. l. pen.  
pr. l. ult. l. si constante § 5. sol. mat. nullum periculum, cum id  
omne ad mulierem tanquam Dominam pertineat, d. l.  
plerunque & seq. l. res qua 42. de jur. dot. l. cum dotem 10. C. eod.  
praestare d. d. ll. Gub. Cost. d. loc.

L.

Restat, ut de dotis repetitione dicamus. Repetitur  
dos, divortio aut morte mariti vel uxoris dissoluto ma-  
trimonio: sed & interdum eo adhuc constante.

L I.

Quamvis n. dos regulariter constante matrimonio  
repeti non possit, l. filia 7. C. sol. mat. l. 7. § illud C. de praescr. 30.  
vel 40. ann. l. dotis 5. C. de collat. Geil. 2. obs. 83. n. 1. per l. in reb. 30.  
vers. omnis C. de jur. dot. l. unic. C. si const. matr. Bart. in l. si constan-  
te. sol. mat. utpote cum id sit contra naturam & finem doti  
propositum l. 1. de jure dot. l. pro onerib. C. eod. & passim. tum  
etiam uxori eo durante actio nulla competat: Geil. d. loc.  
utilitas tamen & necessitas aliquando summa, hanc dotis  
repetitionem inducit: veluti si maritus ad inopiã vergat,  
l. si constante 24. sol. mat. l. ubi 29. cum auth. & l. seq. C. de jure dot.  
Nov. 97. c. 6. pr. vers. quia enim. Campez part. 3. q. 18. Bald. Nov.  
part. 7. priv. 24. & seqq. Geil. d. obs. & 2. de Pace publ. 16. n. 2. Gub.  
Cost. c. 6. n. 1. Don. 14. com. 5. aut alia justa & honesta causa, l.  
quamvis 20. sol. mat. quæ eam fieri suadeat, subfit. d. l. quam-  
vis cum l. seq. iunet. l. quemadmodum 46. pr. vers. igitur l. mutus  
73. § 1. de iur. dot. & l. 1. C. de repud. Jac. Butrig. de dot. n. 38.

L II.

Sicut a. mulier dotem marito ad frugem redeunti,  
cessante inopia restituere tenetur, Geil. 2. obs. 85. Trentl. hic.  
th. 13. lit. a. ita quoq; si sciens prudensq; obærato aut prodi-  
galiter sumptuoso nupserit, eam constante matrimonio,  
cum



cum volenti & scienti non fiat injuria, l. 34. C. de transact. l. 6. § 9. qua in fraud. credit. repetere prohibetur Geil. 2. obs. 84. Jaf. in l. si constante sol. mat. Diss. Campez. part. 3. q. 25.

LIII.

Soluto matrimonio etsi dotis jus exspiraret Trent. hic th. 10. lit. a. neq; amplius dos dicatur proprie, Vlp. in frag. tit. 6. § 8. Gub. hic. cap. 2. n. 15. Obrecht. th. 239. tamē rei dotalis possessio non violenter auferenda, Wes. in par. sol. mat. n. 2. sed competenti Judicio repetenda est, t. r. D. & C. sol. matr. dos quemad. per. l. dotis 9. C. eod. ad quod plura jure prodita sunt remedia. Hotto. in disp. de dot. n. 90. & seqq. Cujusmodi sunt. Actio ex stipulatu, rei vindicatio & Hypothecaria.

LIV.

Actione ex stipulatu [ quæ ascita rei uxoriæ actionis, cui surrogata est, natura, bonæ fidei est, l. un. pr. & § sed esse C. de rei uxoriæ act. § fuerat 29. inst. de act. ] mulier, l. 2. sol. mat. l. ult. C. eod. l. ult. pr. C. de iur. dot. l. un. § videamus. C. de rei ux. act. eiusve pater, d. l. 2. § 1. l. 3. 4. 22. § 1. sol. mat. l. cum dos 7. de pact. dot. imò & interdum extraneus, l. si dotem 24. C. de iur. dot. l. obres 20. § 1. de pact. dot. heredesq; mulieris: l. 10. § 1. l. si post 27. sol. mat. d. l. un. § maneat & § illo procul dubio maritum l. patronus 17. l. non tantum 20. & seqq. de re iudic. l. maritum 12. sol. mat. eiusq; heredem d. l. maritum l. rei iudicata 15. § 1. l. etiā 18. pr. sol. mat. l. sciendum. de re iud. de rebus in dotem datis, l. 1. C. de dot. caut. non num. immobilibus quidem statim, mobilibus verò post annum restituendis: d. l. unic. § cum autem 7. vers. exactio & seqq. convenire possunt.

LV.

In hac actione, stipulatio de dote reddenda, ex parte mulieris & patris ejus semper intervenisse intelligitur, etiam si nulla, vel illa quidem sed inutiliter interposita fuerit,

rit, *l. unic. in pr.* & § illo proculdubio cum seq. ut & § 13. vers. ex-  
traneum *C. de rei ux. act.* § fuerat 29. *inst. de act.* *Hottom. hic. n.*  
94. In extraneo a. hæc fictio nõ præsumitur, *Wes. in par. sol.*  
*mat. n. 4.* nisi n. is dotē sibi reddi expressè stipulatus pactus-  
ve fuerit, *Vlp. in frag. tit. 6. § adventitia l. si dotem 24. C. de iure*  
*dot. d. l. un. § accedit l. ob res § 1. de pact. dot. eam, cùm donandi*  
*animo dedisse credatur, repetere non poterit, d. l. un. § ac-*  
*cedit.*

LVI.

Dos profectitia, filia in matrimonio defuncta, ea q; si-  
ve emancipata, *l. si ab hostib. 10. pr. sol. mat.* siue adhuc in pa-  
tria potestate constituta, *l. dos à patre 4. C. eod. ad patrē re-*  
*vertitur, l. jure 6. pr. de iur. dot.* nisi filia superstites reliquerit  
liberos, *l. ult. § 1. ut legat. & fideicom. nom. cav. l. post dotem 40.*  
*sol. mat. l. si pater. 12. de pact. dot. l. unic. § illo proculdubio C. de rei*  
*ux. act. Martin. Glossat. in l. 4. C. sol. mat. Fab. 1. coniect. 16. Duar.*  
*in l. 48. sol. mat. Hæn. disp. inst. 6. th. ult. Dis. Bulgar. antiq. gloss.*  
*quem seq. Dd. com. & inter recent. Gub. Cost. c. 6. n. 3. Hotto. hic.*  
*n. 70. & seqq. Ant. Fab. sibi contrarius 13. obs. 1. & seqq. vel aliud*  
*pactum fuerit, l. si convenerit 2 d. l. si pater 12. & passim. de pact.*  
*dot. l. 19. C. de don. ant. nup. l. 18. 19. C. de iur. dot. d. l. un. § 6. C. de*  
*rei ux. act. vel res dotalis sine culpa mariti, aut post moram*  
*uxoris perierit, l. 9. l. semel. 26. l. Maria 49. pr. sol. mat.*

LVII.

Quoad adventitiam dotem: ea olim in casu mortis u-  
xoris apud maritū remanebat, *Vlp. in frag. tit. 6. § adventitia*  
*l. cum vir. 42. de usurp. & usucap. l. 5. de bon. damnat. l. dotale 15. &*  
*l. pen. de fund. dot. l. in eum. 16. de relig. & sumpt. fun. l. cùm mortē*  
*27. de iur. fisc. l. si ab hostib. 10. § 1. sol. mat. l. ult. § 1. ut legat. nom.*  
*cav.* Hodie si eā sibi reddi dotator expressè stipulatus non  
fuerit *l. si dotem 24. C. de iur. dot.* hæredibus mulieris à ma-  
rito, nisi aliud convenerit, *l. 18. C. eod. l. 48. sol. mat.* reddi de-  
bet,

bet, l. unic. § illo proculdubio C. de rei ux. act. Dis. Cujac. 9. obs. 4.  
Hottom. in disp. de dot. quos sequitur Trentl. hic. 2b. 11. lit. e.

LVIII.

Morte mariti vel divortio dissoluto matrimonio, si, quis dotem repetat, queratur: tunc distingui solet: mulier emancipata sit an filiafam. *Plp. in frag. tit. 6. § divortio facto,* ita ut hoc casu pater dotem tam adventitiam quam profectitiam, adjuncta filiae persona repetere teneatur, *l. ult. Subi autē 3. C. de bon. qua. lib. l. soluto 2. § 2. l. 3. l. 7. 22. § 1. & 3. sol. mat. l. 2. C. eod. Illo, ipsamet filia, sola suoq; arbitrio dotē qualemcunq; recuperare possit, l. si cum 22. § eo autem sol. mat. l. pater filia 71. de evict. l. ult. pr. C. de jur. dot. l. unic. § accedit C. de rei ux. act. arg. l. 5. de repud. Hottom. hic. n. 68.*

LIX.

In restitutionem dotis non tantū dos ipsa numerata, *l. 2. C. de dot. caut. non num. l. maritus 52. l. 64. § 6. sol. mat. Nov. 2. c. 5. nondumq; restituta, l. si cum 22. § 1. sol. mat. aut ejus aestimatio, si aestimato data fuerit, l. plerunq; 10. in pr. & § seqq. de jure dot. sed & fructus tam ante, l. si ante 6. in fin. sol. mat. l. videamus 38. pr. & § ante matrimoniū de usur. 2. l. si seruo 47. de jur. dot. quam post matrimoniū, l. fructus 7. pr. § 1. & 15. l. si alienam 11. l. si marito 31. § ult. & passim sol. mat. non constante eo percepti, l. pro onerib. 20. C. de jure dot. l. dotis pr. d. l. plerunq; 10. § 3. ff. eod. imò & accessiones rerum inæstimatarum, d. l. plerunq; 10. § 2. l. unic. § 9. C. de rei ux. act. l. ult. sol. mat. Don. 14. com. 7 veniunt. Gub. Cost. c. 6. n. 19. quin etiā damni dolo, culpa vel negligētia mariti, in re dotali dati ratio haberi solet *l. si filiofam. 25. § 1. & seq. l. pen. pr. l. ult. in fin. sol. mat. Wes. in par. ff. sol. mat. n. 4. in fin.**

LX.

Novissimè quoq; vindicationē leges ob dotis repetitionē concesserunt, *l. ubi 29. l. in reb. 30. C. de jur. dot. Hæc a.*

D actio

actio mulieri aduersus maritum, & alios quoscūq; rerum  
dotaliū possessores datur, *Gub. Cost. c. 6. n. 15.* nec distingui-  
tur, res dotales mobiles sint, an imobiles, æstimatæ an in-  
æstimatæ, modo exstēt *§ si alien. Inst. de rer. div. Hot. hic n. 94.*  
*Don. 14. com. 7. in fin.* LXI.

Quinimò Hypothecaria in rem actione *l. pignoris per-  
secutio de pig. & hypot.* mulier bona mariti, pignoris iure pro  
dote recipiēda tacitè obligata persequitur *l. un. § & ut ple-  
nius 1. C. de rei ux. act. l. sicum dotē 22. § ult. sol. mat.* circa quam  
favore dotis speciali hoc utitur privilegio, *d. l. sicum dotem*  
*§ ult. ut exigens dotē, reliquis creditoribus omnib. et tem-  
pore priorib. l. assiduis 12. pr. & § 1. C. qui pot. in pig. l. in reb. 30.*  
*C. de iure dot. Nov. 109. c. 1.* siue tacitā, siue expressam hypo-  
thecam habentib. *Cuiac. in Nov. 81. & in paras. C. de priv. dot.*  
*Ant. Fab. 8. coniect. 11. Myns. 3. obs. 3. n. 2. & 4. obs. 13. Diss. Don. 14.*  
*com. 7. Geil. 2. obs. 25. n. 10. vers. An autē. Schneid. in § faciat Inst.*  
*de act. n. 57. præferatur. d. l. sicum dotem 22. § ult. d. l. assiduis C.*  
*qui pot. in pign. hab. l. dotis 9. C. de iure dot.*

LXII.

E diverso maritus, *l. maritum 12. l. 15. pr. l. si maritus 43. sol.*  
*mat. l. patronus 17. in fin. l. 20. de re jud. l. un. § cum autem 7. C. de*  
*rei ux. act. pater ejus l. rei judicat. 15. § ult. l. si filiofam. 53. sol. mat.*  
*l. sicut 21. de re jud. ut & liberi ex eodē matrimonio nati, l. et*  
*18. pr. sol. mat. competētia (ut vocant) privilegio, ut sc. non*  
*nisi in id q̄ facere possunt condemnentur, æquissima juris*  
*ratione gaudent, d. l. un. § 7. Quod procedit etiā si maritus*  
*huic privilegio renūciaverit l. alia causa 14. § 1. sol. mat. adeo*  
*ut sentētia Judicis, qua per ignorantia maritus in solidum*  
*est condemnatus, exceptione doli elidi possit. l. ex diverso*  
*17. § ult. ff. eod.*

LXIII.

Quæ circa dotis repetitionem hætenus dicta sunt, ita  
obtinent, nisi maritus dotem non numeratam, *l. 1. C. de dot.*

*caut. non num.* aut numeratam quidem sed redditā esse ex-  
cipiat, *si cum* 22. § 1. *sol. mat. l. mutus* 73. § 1. *de jure dot.* vel im-  
pensas in rem dotalē factas objiciat *t. t. de impens. in res dot.*  
*fact.* vel ob justam causam dotē retineat, *l. consensu* 8. § 4. 5.  
*C. de repud.* aut jus pactumve, quo minus dos repeti possit,  
obstat.

LXIV.

Si itaq; dos cauta, cū nulla data aut numerata esset,  
repetatur, maritus exceptionē non numeratæ dotis (quæ  
jure novo decennii præscriptione omnino excluditur,  
*auth. quod locū C. de dot. caut. non num. Nov. 100. c. 1. 2.*) oppo-  
nere poterit *l. in dotib. 3. C. eod.* Quinimo si ommissa exceptio-  
ne hac dotem quam non accepit per errorē solverit, ean-  
dem conditione repetere non prohibebitur *l. maritus* 52.  
*sol. mat.*

LXV.

Sic etiam repetitio dotis, quæ legitimo modo justa ex  
causa *l. quamvis* 20. *l. si cum dotem* 22. § 1. *sol. mat.* sive cōstante  
matrimonio, *d. l. quamvis.* sive dissoluto eo, *d. l. si cum dotem*  
22. § 1. reddita fuit & soluta: doli exceptione eliditur *l. sed*  
*etsi* 21. *sol. mat.* nam bona fides non patitur, ut bis idem exi-  
gatur, *l. bona fides* 57. *de R. I. Donell. 14. comm. 5.*

LXVI.

Quoad impensas in rem dotalem factas, jure marito  
provisum est, ut necessarium, utpote quæ dotem ipso jure  
minuunt *l. 1. § in necessariis de impens. in res dot. fact. l. un. § 5. C.*  
*de rei ux. act.* retentionem habeat § *item si* 37. *inst. de act. l. si is*  
56. § 3. *de jure dot. l. quod dicitur* 5. *pr. & l. 15. de impens. Gub. Cost.*  
*c. ult. n. 16.* utilium verò nomine mandati & negotiorum  
gestorum experiri possit, *d. l. un. § taceat.*

LXVII.

Justa causa ob quam maritus dotē retineat, est matri-  
moniū mulieris culpa dissolutum *l. consensu* 8. § 4. & 5. *C. de*  
*repud.*

*repud. l. un. § taceat C. de rei ux. act. Nov. 117. c. 8. unde si adulte-  
riū comiserit uxor, dotem, non parapherna Vasq. i. usufr. 8.  
n. 13. amittit l. miles 11. § socer ad L. Jul. de adult. d. Nov. 117. c. 8.  
c. plerunq; de don. int. vir. & ux. eaq; marito, nisi is per leno-  
cinium causam delicto præbuerit l. viro 39. l. cum mulier 47.  
sol. mat. cap. intelleximus de adult. cedit. l. Lucius 38. sol. mat.*

LXVIII.

Quod de adulterio dictū an ad osculum uxoris alteri  
datum, vel stuprū à vidua passum, ut ob id dote priventur  
extendi debeat à Dd. in controversiam vocatur. Nos ne-  
gativam sententiā ut benigniorem, quamvis cōmuni, te-  
ste Claro, contrariam non illubentes amplectimur *ob cap.  
odia & c. in pœnis de reg. jur. in 6to. Giphon in l. 6. C. de pact. conv.*

LXIX.

Deniq; si pacto statutove dispositū sit aut conventum,  
ut uxore præmoriēte sine liberis, maritus dotē lucretur,  
cum matrimonio soluto, quo minus dos repeti possit, jus  
obstat vel conventio. *vide Rolan. à Valle in rr. de lucro dot. q. 1.  
Campez part. 3. Quæ an sibi locū quoq; hoc casu vendicent  
in sponsa, ut loquantur, de præsentī, nondū tamen cogni-  
ta nec traducta, plane non convenit inter Dd. Et quamvis  
affirmativa, magnos habeat assertores, Jaf. consil. 135. Bald.  
Novell. in tract. de dot. part. 6. privil. 37. in fin. Geil. 2. observ. 80.  
n. 3. in fin. & alii quamplures quos referunt Rol. à Valled. tract. q.  
106. n. 18. & seq. Phan. de Phanuc. in com. de lucro dot. gloss. 2. n. 56  
& seq. nec desit, qui hanc quæstionem Imperatoria decisione & pra-  
gmatica sanctione indigere statuat, Myns. cent. 6. obs. 78. n. 4. Ego tamē  
negativæ, tanquā firmioribus rationibus subnixæ lubito patrociniū  
*vide Salicet. in l. cum in te n. 4. & seqq. C. de don. ante nupt. Felin. in com. De-  
cretal. lib. 4. de sponsal. rub. n. 1. Tiraquell. in tract. connub. in gl. 2. Beust.  
de matrim. cap. 67. Schneid. in § fuerat num. 108.**

*Inst. de actionib.*

F I N I S.



X 2615938

WDM









alia  
JURIDICAM

IUM,

*simiq; Viri,*

ULRICI

TI,

NSILIARIII,

TORUM ACA-

Fautoris &

hono-

*egio Jctorum*

ARPURG.

I,

MLINUS.

135 18

1628, 1.

*ib.*

*ib.*

